



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitatio Ethica De Virtute Heroica Et Semivirtutibus

**Weiss, Johann
Schmoll, Wilhelm Bernhard**

Giessæ Hassorvm, 1664

XIV. Tolerantia occupata est circa dolores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35917

XI. *Infirmitas deterior est precipitantia. 7. Eth.*

Nic. 8.

Laborantes enim hisce vitiis non uno eodemve, sed diverso modo peccant: illi quippe à leviori affectu, idq; præunte deliberatione; hi ab affectu validiore, idq; sine deliberatione superantur. Sam. Heiland, l. c. in lib. 7. Eth. c. 8. p. 183.

XII. *Nullus incontinens est prudens. 7. Eth. Nic.*

10. § 6. End. 10.

Valet, quà sermo nobis est de iudicio non imperitiorū, qui solertiā & naturalem in agendo promptitudinem (quæ de incontinente quandoque dicitur) cum prudentiā confundūt; sed de iudicio sanè sentientium. Exc. Wendeler. Amicus honoratissimus l. c. q. 6. p. 479 Ifendoorn. l. c. q. 4. p. 374. Plura vid. in Erasmo Joh. Brochmand. eth. hist. spec. c. 5. p. 374. seqq. & Gottwald. exercit. 4. de prud. th. 16. seqq.

XIII. *Actio tolerantia difficilior est, quàm fortitudinis.*

Minimè procedit de difficultate consideratâ ratione objecti, quod unum idemque esse potest; sed ratione agentis: actio enim ex dispositione emanans magis ardua est & difficilior, quàm actio ex habitu virtutis orta.

XIV. *Tolerantia occupata est circa dolores.*

Non tantum eos, quos absentium voluptatum desiderium parit; sed & hos, qui ex adversarum rerum presentia proveniunt.

XV. *Mollities excusationem meretur.*

Mollities non voluntaria & acquisita, nostrâ culpâ & pravâ consuetudine contracta; sed involuntaria, naturalis & innata, ex vitio naturæ sive gentis, loci aut sexûs, ætatis seu morbi originem trahens. Donalds. phil. mor. lib. 3. c. 12.

p. 258. Joh. Magir. l. c. cap. 7. p. 681 seq. Crüger, quæst.

Ethico pol. 93. p. 259, seqq.